# Band III., Nr. N23, Seite 481-483

*Verzeichnis der Besitzungen und Güter, die dem Kloster Bebenhausen entweder von seinem Stifter, dem Pfalzgrafen Rudolf, geschenkt oder anderweitig geschenkt bzw. käuflich erworben wurden.*

## Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (Um 1210).[1]

Omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus memoriale presentis scripti legendum et exponendum transmittimus, significantes eo, quo scilicet ordine rationis ęcclesia nostra Bebinhusin predia sua, seu fidelium largitione, seu precii coemptione possederit et contraxerit; ut, si forte pertinax aliquis aut protervus invasor adversus nos, Christi pauperes, et nostras possessiones aliquid sinistra interpretatione dictaverit aut veritati contraria definire attemptaverit, presentium exhibicione corrigatur et insurgentis contra nos improbitas temeritatis, exclusa falsitate, veritatis patrocinio repellatur. Igitur predia, quę dominus R. palatinus, fundator loci, contulerit, in primis presenti paginę duximus imprimere: locum videlicet ipsum Bebinhusin cum *b*arrochia, censuales ipsius et omnia eius attinentia. Subinde subscribimus predia in Vile[2], in Valtdorf, in Vtingin, in Hochdorf, mansum in Alchdorf, que possidemus ipso largitore. Predia vero in Beringin, in Adelungeshart[3], in Zimberbuch idem dominus contulit, ut ex eorum proventibus eius dies anniversarius cum refectione sollempni sollempniter a nobis quotannis agatur. Id ipsum fieri de ęcclesia in Vesperuuile collata cum suis appendiciis et de prediis in Sallenstedin, in Lumbach in anniversario uxoris sue instituit. Habet nichilominus *b*arrochia nostra quedam bona in Wrmelingin, in Teredingin et decimaciones quasdam in Hirzouue, quas dotis nomine possidet. Reliqua autem omnia aut precio sunt conparata, vel ab aliis fidelibus in elemosinam collata. Si quidem predium domini Widegouue in Vffenhusen[4], qui liber erat, octoginta marcis conparavimus. Idem ipse predium quoddam contulit in Gisenanc[5], quod propter deum gratis obtulit, ubi XII iugera et curtile uxoris

---

[1]Die Urkunde wurde im gedruckten Württembergischen Urkundenbuch noch mit dem Vermerk *ohne Zeitangabe (nach 1204)* versehen. Die hiesige Datierung folgt dem zugehörigen Repertorium im HStA Stuttgart A 474.

[2]Weil im Schönbuch.

[3]Aglishardt.

[4]Zuffenhausen, Stuttgart, S, nicht Offenhausen, Gomadingen, RT (vgl. Gustav Bossert: Zur älteren Topographie Württembergs, besonders im Codex Laureshamensis. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte 10 (1887), S. 58-62 u. 137-154, S. 140).

[5]Geisnang, Ludwigsburg, LB, W (wegen der Nähe zu Zuffenhausen), nicht das näher an Offenhausen liegende Geisingen, Pfronstetten, RT.

Arnoldi de Hurningin[6] IX talentis Hallensis monete conparata sunt. Aliud predium in Vffenhusen Schuicgeri militis, quo inbeneficiatus fuit a domino Alberto Nůve, qui et ipse liber erat, Schuicgero resignante et domino A. largiente, L et una marcis conparavimus. Set et alia bona diversorum in eodem loco precio sunt collecta. Predium in Vttingeshusin[7], quod erat dominorum de Sunnesheim[8], XX marcis est conparatum. In eodem loco predium Alberti Schachman XI marcis, et predium uxoris Burchardi de Magestat VII marcis contraximus. Idem Albertus dedit nobis predium in Gerringin[9], quod obligatum XX marcis est redemptum. Predium in Vehingin X et VIII marcis conparatum est. Albertus plebanus de Pullingin dedit nobis prediolum in Blieningin. Item Egelholfus miles predium dedit in Bebelingin. In eo loco Bertoldus et mater eius aliique quam plures bona dederunt. Predium Hugonis de Hilingin[10], militis in Lache, X et VIII marcis provenisse constat. In Alchdorf predium ad quantitatem aratri et dimidii, preter illud quod erat domini palatini, L[a] talentis a diversis conduximus. In Taluingin Albertus et Mengoz de Tuingin mansum dederunt. In eadem villa conparavimus predium Vichelmi, Lufridi, Růthardi XIII talentis. In Zimberbuch predium Eberhardi militis VII marcis, et predium Cunradi de Machtolfisheim VII provenisse manifestum est. Item predium Hermanni de Lendingin[11], quod est Beringeri, XXX talentis, et predium Alberti, qui dicitur Monachus, XIIII talentis conparata videntur. Et sciendum, quod horum quatuor predia militum dominum attinuerunt palatinum, per cuius manum nobis collata sunt. Predium in Hecche[12] dominorum de Alba[13] C et X talentis ad nos transivit. In Prundorf habemus agros et prata, Lustenowe Růdolfus Vvizman assignavit nobis X iugera et curtem Eberholdo mediante, cuius erat proprium, dare. Brůnuvardus de Tuingin in eodem loco dedit curtem et pratum. Item Cůnradus Schelling et Mergardis soror nostra in eodem loco II agros dederunt. Cůnradus Boze de Tuingin habet agrum Tuingin iuxta patibulum, qui noster est, pertinens ad dotem *b*arrochię nostrę; exinde persolvens censum duorum solidorum. Hartmannus et uxor de Tuingen XII iugera in Cubingen pro remedio animarum suarum collegimusque eos in plenariam fraternitatem.

—

[6]Hirrlingen.
[7]Ittingshausen.
[8]Sinsheim, HD ?
[9]Gerlingen, LB, eher als Holzgerlingen, BB; vgl. WUB, Bd. III, S. 186, Nr. 703 und S. 187, Nr. 704.
[10]Ihlingen.
[11]Ober- und Unterlenningen.
[12]Eck oder Aich.
[13](Bad) Herrenalb.

# III

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Diese Aufzeichnung steht auf der einen Seite eines großen Pergamentblatts in Folio in durchlaufenden Zeilen, während auf der anderen ein in zwei Spalten geteilter Aufsatz mit dem rot geschriebenen Titel steht: *De ordine librorum in ecclesia et in refectorio legendorum* steht, worauf noch die Erklärung einiger griechischen Worte und am Ende die Bemerkung folgt: *Cistercium et firmitas LXX duas filias habent. Pontiniacum prima filia ordinis . XXX . II . filias habet. Clareuallis filia tercia habet filias . C . XC III. Morimundus filia IIII*$^{a.}$ *habet filias . C . XV.* Die Schriftzüge auf beiden Seiten des Blattes, das wahrscheinlich den Eingang einer Handschrift bildete, dessen hintere, anfangs leer gelassene Seite für diese Aufzeichnung verwendet wurde, gehören, obwohl von verschiedener Hand, doch gleichmäßig der zweiten Hälfte des 12., spätestens dem Anfang des 13. Jahrhunderts an. Wahrscheinlich ist, dass die Urkunde der Bulle vom 8. März 1229 (vgl. WUB, Bd. III, S. 252–256, Nr. 766) voranging, ebenso der Schenkung von Zimmerbuch von 1228 (vgl. WUB, Bd. III, S. 229 f., Nr. 743). Auch die Urkunden Nr. 702, 703 und 705 des Jahres 1226 (vgl. WUB, Bd. III, S. 184, 185 und 187) können, wenn sie überhaupt einen Anhaltspunkt gewähren sollen, nur jünger sein.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 474 U 43

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**
Aglishardt Wohnplatz (16038)<br> Aglishardt, Römerstein, RT<br> Aich Wohnplatz (555)<br> Aich, Aichtal, ES<br> Altdorf Wohnplatz (81)<br> Altdorf, BB<br> Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)<br> Bad Herrenalb, CW<br> Bebenhausen Wohnplatz (16199)<br> Bebenhausen, Tübingen, TÜ<br> Böblingen Wohnplatz (84)<br> Böblingen, BB<br> Böhringen Wohnplatz (16039)<br> Böhringen, Römerstein, RT<br> Derendingen Wohnplatz (16203)<br> Derendingen, Tübingen, TÜ<br> Eck Wohnplatz (16205)<br> Eck, Tübingen, TÜ<br> Eutingen im Gäu FDS<br> Eutingen im Gäu Gemeinde (7398)<br> Geisingen Wohnplatz (15947)<br> Geisingen, Pfronstetten, RT<br> Geisnang Wüstung (21711)<br> Geisnang, Ludwigsburg, LB, W<br> Gerlingen Wohnplatz (971)<br> Gerlingen, LB<br> Hirrlingen Wohnplatz (16121)<br> Hirrlingen, TÜ<br> Hirschau Wohnplatz (16207)<br> Hirschau, Tübingen, TÜ<br> Hochdorf Wohnplatz (6850)<br> Hochdorf, Nagold, CW<br> Holzgerlingen Wohnplatz (133)<br> Holzgerlingen, BB<br> Ihlingen Wohnplatz (7486)<br> Ihlingen, Horb am Neckar, FDS<br> Ittingshausen Wüstung (21500)<br> Ittingshausen, Stuttgart, S, W<br> Kiebingen Wohnplatz (16179)<br> Kiebingen, Rottenburg am Neckar, TÜ<br> Lachen Wüstung (26269)<br> Lachen, Tübingen, TÜ, W<br> Lombach Wohnplatz (7545)<br> Lombach, Loßburg, FDS<br> Lustnau Wohnplatz (16210)<br> Lustnau, Tübingen, TÜ<br> Machtolsheim Wohnplatz (16840)<br> Machtolsheim, Laichingen, UL<br> Magstadt Wohnplatz (170)<br> Magstadt,

BB<br> Oberlenningen Wohnplatz (534)<br> Oberlenningen, Lenningen, ES<br> Offenhausen Wohnplatz (15854)<br> Offenhausen, Gomadingen, RT<br> Pfrondorf Wohnplatz (16211)<br> Pfrondorf, Tübingen, TÜ<br> Pfullingen Wohnplatz (15957)<br> Pfullingen, RT<br> Plieningen Wohnplatz (41)<br> Plieningen, Stuttgart, S<br> Salzstetten Wohnplatz (7631)<br> Salzstetten, Waldachtal, FDS<br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)<br> Schwäbisch Hall, SHA<br> Sinsheim Wohnplatz (6553)<br> Sinsheim, HD<br> Tailfingen Wohnplatz (109)<br> Tailfingen, Gäufelden, BB<br> Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen, TÜ<br> Unterlenningen Wohnplatz (539)<br> Unterlenningen, Lenningen, ES<br> Vesperweiler Wohnplatz (7635)<br> Vesperweiler, Waldachtal, FDS<br> Vöhingen Wüstung (21729)<br> Vöhingen, Schwieberdingen, LB, W<br> Walddorf Wohnplatz (16036)<br> Walddorf, Walddorfhäslach, RT<br> Weil im Schönbuch Wohnplatz (257)<br> Weil im Schönbuch, BB<br> Wurmlingen Wohnplatz (16193)<br> Wurmlingen, Rottenburg am Neckar, TÜ<br> Zimmerbuch Wüstung (23730)<br> Zimmerbuch, Römerstein, RT, W<br> Zuffenhausen Wohnplatz (68)<br> Zuffenhausen, Stuttgart, S